

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Fides siue fidelitas g
cum fonte primo

Quid est fides nisi credere quod non
uides?

Quid est enim fides, nisi credere quod
non uides?

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis
euangelium tractatus CXXIV.*, 40, 9
(CCSL 36, R. Willems ed., p.355, ll.7-
8).

Vnde et
quomodo capitur trinitas recte, o homo,
interrogas; quomodo creditur, non bene
interrogas.

Quomodo istud creditur? quomodo
capitur? Ad haec duo respondeo:

Quomodo capitur, recte
dicitis; quomodo creditur, non recte
dicitis.

Immo ideo bene creditur
quia cito non capitur; nam si cito
caperetur, non esset opus ut crederetur
quia uideretur.

Immo ideo bene creditur,
quia non cito capitur; nam si cito
caperetur, non opus erat ut crederetur,
quia uideretur.

Augustinus ibidem (super Iohannem).

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis
euangelium tractatus CXXIV.*, 36, 7
(CCSL 36, R. Willems ed., p.328, ll.13-
17).